Acad. ff. 33

DISPVTA-
TIO INTER CLERI-
CVM ET MILITEM, SV-
per potestate prælatis Eccle-
się atq; principibus ter
rarum commissa,
sub forma
Dialo
gi.

LONDINI, in ædibus
Thomæ Berthe
letti.

Academia Edinburg.
Guil. Drummond
A. D. L. 1629.

Dicit enim CHRISTVS discipulis suis
ad prædicandum mis[illegible] est enim
operarius mercedis [illegible]ulus de se
& cæteris Apostolis. Quis militat suis
stipendijs vnquam? quasi diceret nullus.
Et scriptum est in lege Mosi: Nõ alliga-
bis os bouí triturãti. Ecce quibus vos cõ
parant CHRISTVS & Paulus eius Apo
stolus, vtiq; operarijs & stipendiarijs.
Nunquid operarij & stipendiarij sunt re
rum domini? videtis quod tẽporalia con
ceduntur vobis, nõ ad dominium, sed ad
vitæ subsidium, & ad spiritualis ministe-
rij sumptum. Et ex lege Mosi compara-
mini bouí trituranti, cui satis est accipe-
re pabulum, quanquã ipse suo labore im
pleat horreum. Et q̃ dicitis spiritualẽ po
testatem regere temporalẽ potestatẽ, iam
vobis est per Apostolũ Paulũ superius re
sponsum, ibi: q̃ oĩs pontifex ex hoĩbus as
sumptus, pro hoĩbus cõstituitur in his, q̃
sunt ad deum, vt offerat dona & sacrificia
pro peccatis, Et in his habẽt nos regere,
videlicet q̃ sunt ad Deum: sed ad Eccleſiã
nõ pertinet in his, quæ foris sunt, aliquid
iudicandum. Quod si adhuc contenditis
summum Pontificẽ superiorem esse per
omnia, in derisionem mirabiles incidetis.

Si enim

[illegible] Papa, creatus [illegible]
[illegible] ratione [illegible]
[illegible] patriæ dominũ;
& [illegible] dominus castri mei
& dominus meus: quia sicut potestas Papæ in toto, ita potestas istorum est in illa parte, cui præest. Ergo cessandum est ab hac stultitia, quæ ab omnibus irridetur, & tantis scripturarum elementis ac rationibus confunditur. Nam in veteri lege dicimus non sacerdotes a regibus, sed reges & prĩcipes a sacerdotibus & Prophetis adorari, & eos ad se vocari, & quæ placebant regibus imperari. Et in his, ꝑ quę interdum errauerant, publica dispensatione temporaliũ increpari, vt patet tertio Regum primo & quarto capitulo. Clericus. Miror, quod dicitis super dispensatione temporalium regem arguisse pontificem. Miles. Vos excitatis canem dormientem: & cogitis me loqui de his, quæ ante non cogitaui. Clericus. Excitetur canis, & latret. Miles. Quoniam vti nescitis vtilitate & patiẽtia principum: timeo, quod post iustum latratũ sentietis & morsum. Clericus. Quid interest regum & principũ super dispensatione temporalium nostrorum, ipsi sua habeant,

CLERICVS SERMONIS
sui exordium sub hac forma
posuit dicens.

CLERICVS.

Iror optime miles, paucis die
bus tempora mutata, sepul-
tam iustitiam, euersas leges,
iura calcata. Miles. Gratt-
dã verba sunt ista, & ego lai
cus, qui quamuis paucas puer didicerim
litteras, non tamen ad profundum veni,
vt tam alta verba a me possint intelligi.
Et ideo venerande clerice, si mecum de-
syderas habere colloquium, planiorem
oportet accipere stilũ. Clericus. Aeta-
te mea vidi Ecclesiam in honore magno
apud reges, principes & nobiles vniuer-
sos haberi: & nunc video econtra, mise-
randa Ecclesia facta est vobis oĩbus præ-
da, exigitur a nobis multa, dantur mul-
ta: si nostra bona non damus, rapiuntur
a nobis, conculcantur iura nostra, liber-
tates effringuntur: Miles. Non facile
credam regem (cuius consilium sunt cle-
rici) iniuste agere vobiscum: aut apud
eum perire ius vestrum. Clericus. Imo

certe cōtra omne ius iniurias innumeras sustinemus. Miles. Scire vellem, quid vocatis ius. Clericus. Ius voco decreta patrum & statuta Romanorum Pontificum. Miles. Quæ illi statuunt, si de tēporalibus statuunt, vobis possunt iura esse, nobis vero non sunt. Nullus enim potest de his statuere, super quæ constat ipsum dominium non habere. Sic nec Francorum Rex potest statuere super imperium, nec Imperator super regnū suum. Et quemadmodum terreni principes nō possunt aliquid statuere de meris spiritualibus, super quæ non acceperunt potestatem, sic nec vos de temporalibus eorū, super quæ non habetis authoritatem. Vnde friuolum est, quicquid statuistis de tēporalibus, super quæ potestatem non accepistis a deo. Vnde nuper mihi risus magnus fuit, cum audissem nouiter statutū esse a domino Bonifacio octauo, quod ipse est, & esse debet super omnes principes & regna. Et sic facile potest sibi ius acquirere super quamlibet rem, cum nō restat nisi scribere: quia totū erit suum cum scripserit, & sic totū erit vestrum: & vbi statuere nihil aliud est q̄ sibi tenere velle Nihil ergo aliud erit ius habere, q̄ velle.

Non

Non deficit ergo, nisi vt scribat: Hoc vo
lo ius esse, cum voluerit castrum meum,
vel villam meam, agrum meum, aut pe
cuniam, & thesaurum habere. Nec la
tet vos sapientem clericum, ad quantum
vos deducat ista disputatio ridiculum.
Clericus. Satis acute domine miles &
versute ista contra nos protulistis, & ad
hoc totius sermonis vestri series seu dis
cursus (quantum ipse intelligo) tendit, q̄
dominus Papa de vestris temporalibus ni
hil potest statuere: quia non constat eum
super temporalibus vestris dominiū ac
cepisse. Et si nos ipsi ex nostris velimus
probare dictis aut scripturis, totū pro ni
hilo ducitis, quia nostrum scribere (vt di
citis) dominium nobis aut potestatē (quę
aliunde nō venerat) dare non potuit. Sed
si Christianus vultis & catholicus verus
esse, non negabitis CHRISTVM re
rum omnium dominum esse: cui dictum
est in Psalmo secūdo: Postula a me, & da
bo tibi gentes &c̄. De quo etiam scriptū
est: Quia ipse est rex regum & dominus
dominantium. Ista non sunt nostra, sed
Dei verba, nec nos ea scripsimus, sed ea
misit dominus, & spiritussanctus dicta
uit. Et quis dubitat illum statuere pos

 se, quem

se, quem constat vniuersorum dominum esse? Miles. Nullo modo diuinæ potestati vel dominationi resisto, quia Christianus sum, & esse volo. Et ideo si per diuersas scripturas ostẽderitis summos Põtifices esse super omnia temporalia dominos, necesse est omnino reges & principes summis Pontificibus tam in spiritualibus q̃ in temporalibus esse subiectos. Clericus. Facile est hoc ex superioribꝰ posse ostendi. Tenet enim fides nostra Petrum Apostolum pro se & suis successoribus institutum esse plenum vicarium IESV CHRISTI. Et certe plenus vicarius idem potest, quod & dominus eius, cum nulla exceptione, nulla potestatis diminutione est vicarius institutus. Si ergo non negatis CHRISTVM de vestris temporalibus statuere posse, qui dominus est cœli & terræ, nõ potestis sine rubore eandem potestatem CHRISTI pleno vicario denegare. Miles. Audiui a viris sanctis ac deuotissimis duo tempora in Christo distingui, alterum humilitatis, & alterum potestatis. Humilitatis vsq; ad suam passionem: potestatis, post suam resurrectionem: quando scilicet ipse dixit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra,

ra, Matthæi vltimo. Petrus autem cõstitutus est CHRISTI vicarius pro statu humiliatis, non pro statu gloriæ & maiestatis. Non enim factus est Christi vicarius ad ea, quæ Christus nũc agit in gloria, sed ad ea imitanda, quæ CHRISTVS egit humilis in terra, quia illa nobis necessaria sunt. Illam ergo potestatem suo vicario commisit, quam homo mortalis exercuit non illam, quam glorificatus accepit. Et vtrista per scripturas (quas inducitis) ostẽdamus, de eisdem scripturis vobis testimonium proferemus.

Ipse enim CHRISTVS dixit Pylato: Regnum meum nõ est de hoc mundo. Et quod nõ venit ministrari, sed ministrare Lucæ. xxij. Hoc testimonium adeo manifestum est, vt hoïem resistentem possit confundere, & certicẽ quamcũq; duram obterere. Et hoc sic dixit IESV quidam de turba: Magister, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dicit ei: O homo quis me constituit iudicem & diuisorem super vos? Lucæ. xij.

Auditis ergo a parte CHRISTVM in temporalibus nec iudicẽ nec diuisorẽ cõstitutũ, Ergo in statu illo susceptæ dispensationis nec temporale regnum habuit,

 nec

nec etiam affectauit: imo cum illi multiplicatis precibus concederent, fugit. Et in commissione Petro facta, nõ claues regni terrarum, sed claues regni cœlorum tradidit. Et Hebræorũ pontifices constat regibus fuisse subditos, & a regibus (quod procul a vobis absit) fuisse depositos. Et vt scias CHRISTI vicarium ad spirituale regnum, nõ ad temporale dominiũ assumptum, accipe ab ipso Paulo nec minus clarum testimonium. Dicit enim sic: Omnis põtifex ex hominibus assumptus pro hominibus cõstituitur, in his, quæ ad Deum sunt, non ad gubernandum terrenum dominium, sed vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Vides ergo, q̃ præficitur pontifex in his, quæ sunt ad Deũ: cum Paulus Timotheo scribat: Nemo militans Deo secularibus negocijs se implicet. Patet ergo CHRISTVM regnum temporale non exercuisse, nec Petro cõmisisse. Nam & Petrus dicit, Actuum. 6 Non est æquum nos derelinquere verbũ Dei, & ministrare mensæ, id est temporalibus dispensandis. Et quanquã possint aliqua temporalia per ipsos Pontifices dispensari: Satis tamen patet, quod non debeant in terrenis regnis & principatibus guber

gubernandis, quæ omnia [illegible] cupari. Vnde authoritates quas induxisti superius domine clerice) scilicet, Postula a me &c. & quod ipse est Rex regū &c. non ad statum primum pertinet, sed ad secundum. In quo primo statu sic patuit, quod CHRISTVS nullam potestatem temporalem exercuit: imo a se penitus abdicauit, & in his solū, & nō in alijs, quæ ad dispensationem nostræ salutis exercuit, Petrum sibi vicariū destinauit: quem nec militem fecit, nec coronauit in regem, sed in sacerdotem & episcopū ordinauit. Quia si vultis adhuc contendere CHRISTI vicarium eam potestatē in temporalibus habere, quam Christus habebat in cœlis, non quam Christus exercebat in terris: forsan ista pertinacia non erit in fine vobis gratiosa, quod vobis patebit. Cōstat enim cuilibet fideli de Deo sapienti, q̄ si Deus præciperet pecuniam suam, agrum suum, aut vineam alicui alteri dare sine cautione, nulla petita ratione, nulla expressa cognitione, statim deberet obedire. Si ergo cōtenditis Papam eandem potestatem habere: Ergo necesse est concedere, quod omnia vestra bona & nostra potest sine causæ cognitiōe, cui

volueris, nepotulo vel cõsanguineo dare
collera principatus, & regna eis dare pro
libito voluntatis. Sed q̃ absurda sint ista
vos videte. Et vtrum placerent, si vobis
fierent, respondete. Quod si a tanta absur
ditate recedere per viuam rationem cogi
mini, & Papa cogetur resilire. Tenendũ
est igitur, Quod non accepit in tempora
libus tantam potestatem ipse CHRISTI
vicarius, sed eam solam, quam Christus
in sua humilitate exercuit & ostendit.
Clericus. Negatis o miles Ecclesiam co
gnoscere de peccato? Miles. Hoc ab
sit. Nam qui hoc negauerit, & poniten
tiam & confessionem abnegabit. Cleri
cus. Si quid iniuste agitur, peccatum est
& qui habet cognoscere de peccato, co
gnoscet de iusto & iniusto. Cum ergo iu
stum & iniustum in negocijs rerum tem
poralium sit, consequens etiam est, vt de
causis temporalibus debeat iudicare.
Miles. Argumentum istud cornutũ est,
cuius vanitas & infirmitas per argumen
tum simile repellenda est. In suspenden
dis latronibus alijsq; damnandis personis
habetur iustum & iniustum, & etiã pec
catum. Ergo etiam ratione peccati debet
Papa de sanguine iudicare. Sed plumeũ
est ar-

gumentum, ideo leui ratione fulsitum. Nunc restat nobis ostendere, quomodo vestra cognitio (domine clerice) circa iustum & iniustum secundum leges humanas (quæ de talibus sanxerunt) sit de temporalibus iudicandis: sed secundum quas & sub quibus personis subiectis omnibus est videndum.

Manifestum est ergo illum debere secundum leges iudicare: & secundum eandem de iusto & iniusto cognoscere, cuius est leges condere & habere, interpretari, exponere, & custodire, facere & grauare & mollire, cum videtur expedire. Si ergo vos in iudicio temporalium simul vultis cum illo contendere aut concurrere cognoscendo de iusto & iniusto: iam contra scripturam vestrā aratis cum boue & asino: & cum principe dicente, Hoc est iustum, pontifex dicet, hoc est iniustum. Fiet qd dicit Abacuc Propheta. In principio factū est iudiciū contradicente potentiore: propter hoc lacerata est lex, & nō peruenit vsq; ad finē iudicij: quia vere nō erit hoc iusticiā & iudiciū facere in terra, sed iusticiā & iudiciū in terra lacerare. Et ego ostendā vobis secundū Paulū, vnde vestra cognitio debeat incipere:

Prin-

Princeps suo iure de iusto & iniusto cognoscet, & eius preceptum vnusquisque (sicut tenetur) attendet, & ei obediet, sicut præcipitur Deuteronomij decimoseptimo. Si quis autem tumente superbia non obedierit eius imperio, nec princeps (cuius fuerit officium iudicandi) habet potestatem resistendi vel coercendi: tunc incipit vestra cognitio: quia tũc accedere debet vestra monitio, dicẽre Apostolo Paulo ad Tytum tertio: Admone illos principatibus & potestatibus subiectos esse & subditos. Et ad Romanos decimotertio: Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subiecta. Vbi etiam maleficia & scelera manifesta sunt, veluti prædæ, rapinæ, & similia: nec est, qui velit aut possit corrigere. Non enim nego vos in his casibus debere vel posse vestram potentiam exercere: sed nõ de iusto vel iniusto quia de hoc non habetis cognoscere, aut manum ad hoc apponete. Et cum manifestum fuerit atq; per sentẽtiam iuris, aut euidentiam sceleris, quæ nulla egent cognitione: tunc poterit ad vos ilta materia & forma (de quibus dictum est) pertinere. Alias, si propter peccati colligantiam vultis de prænotatis casibus cognoscere,

non

non reſtat, niſi fores principum claudere, leges ſilere & decreta Principum, ſed veſtra ſola reſonare. Artare vos volo & vrgere vna quæſtiõe, vtrum ſit veſtrum de cauſa matrimonij cognoſcere, quia ego vado Paduã pro quadã hæreditate, quã peto nomine vxoris meæ, quæ habet ei ea ſuccedere. Videtis, quod ratione matrimonij mihi competit petere illam hæreditatem. Nunquid propter matrimonij colligantiam, de quo habetis cognoſcere debeo coram vobis de hæreditate litigare? Rupertus de Flandria pro vxore ſua petens ducatum Burgundiæ nomine dotis, debuit coram rege, & non coram epiſcopo litigare. Imo plane dico omnibus clericis inhibendo, ne cognitionẽ de dote contra Deum & iuſtitiam vſurpent, cũ promiſſio dotis mere et vere ſit pactio temporalis, & ſæpe firmari poteſt regalibus inſtrumentis. Et quia vos vſurpatis aliena, euenit vobis illud vero Dei iudicio, vt aliquid patiemini. Patet ergo, quod ſit vanum & friuolum, q̃ ex tali vicinitate velitis vobis fingere colligantiã in cognitione cauſarum, quamuis ad hæc omnia vnum ſolum debet vobis ſuffice-re, quod ſupra memorauimus de Euange-

lio Lu

lio Lucæ, dixisse domino IESV: O homo quis me cõstituit iudicem & diuisorem inter vos? Ostendit etiam manifeste, q̃ secundum eam potestatem (quam homo mortalis exercuit) non pertinebat ad eum de hæreditate iudicare. Clericus. Nonne debẽt tẽporalia spiritualibus deseruire? ergo temporalia debẽt esse subiecta spiritualibus, & spiritualis potestas temporalem debet regere potestatem. Miles. Vere debẽt spiritualibus temporalia deseruire suo casu: quia tenentur dei cultoribus necessaria ministrare. Nam hoc omnis gens, quasi innatum habuit & habet instinctum, & hoc naturali iure decreuit natura naturans; vt ministrantibus creatori, seu diuina celebrantibus, necessaria ministrẽtur, honoris debita & vitæ necessaria præbeatur. Quod etiam Phariseis in lege (quam dominus Mosi tradidit) & sacerdotibus abundanter & caute prouidit: nõ tamen dominium & regnum temporale commisit. Et Apostolus ad Corinthios: Si spiritualia vobis seminauimus; non est magnum, si carnalia vestra metamus. Sed si vultis scire, quale dominium præbeat ministris, accipite per ordinem ipsa verba CHRISTI & eius Apostoli Pauli.

Dicit

habeant, & nobis nostra dimittant. Mi
les. Nostra multum interest per omnē
modum. Nōquid non interest nostra cir
ca salutem animarū nostrarum super om
nia cogitare? Nunquid non interest no-
stra pro parentibus mortuis debita prose
qui? & etiam obsequia postulare? & non
ne vobis a parentibus nostris ad hoc no-
stra temporalia sunt data, & copiose mini
strata, vt in cultu diuino totaliter expen-
dantur: sed certe nihil facitis inde, sed om
nia vestris necessitatibus applicatis, quæ
per eleemosynas & opera charitatis īvisce
ribus pauperum claudere deberetis. Nō
ne est necesse, quod per huiusmodi sctī ssi
ma opera mortui iuuarentur, & saluaren
tur viui? Nonne cum ea ad propria ex-
penditis, superflueq; consumitis, & ea cō
tra intentionem dantium, & etiam quodā
modo accipientium dispergitis ea male
vtendo, viuos & mortuos leditis, & vi-
uis & mortuis damnabiliter derogatis?
Nōne ei, qui non vult militare, auferetur
stipēdium? Et certe vasallus non implēs
seruitium, meritum perdit & feudum. Et
vt vobis imponam super hanc questionē
silentium, & quod super hoc nostrum sit
dolere & remedium apponere, accipi-

re fortissimum & apertissimum capitulum sacre scripture secundo Paralipomenon. xxiiii. capitulo. Legitur enim de rege Ioas. Feciq; quod bonum erat coram domino in cunctis diebus Ioiade sacerdotis. Et de eodem rege legitur in quarto regum. xii. cap. Vocauit rex Ioas Ioiadem pontificem, & sacerdotes dicens eis. Quare sarta tecta non instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam a populo iuxta ordinem vestrum: sed ad instaurationem tẽpli reddite eam. Prohibitiq; sunt sacerdotes vltra accipere pecuniam a populo. Vides ergo, quod laudatur rex Ioas a domino, q curã accepit, vt oblationes iuxta intentionem dantiũ expenderentur in cultum diuinum, hoc est ad instaurationẽ tẽpli. Laudat enim regẽ Ioas deus, vt ostẽderet, q non delinquenter: quia non cupiditate sed pietate, non ambitione, sed religiõe id faceret. Ad tollendum suspitionẽ rex volebat testẽ habere ipsum pontificẽ, vt sequitur: Cũq; videret nimiã pecuniã esse in Gazophilacio, ascẽdebat scriba regis & pontifex, effundebãtq;, & numerabant pecuniã: quę inueniebatur in domo domini, & dabant eam iuxta numerũ atq; mensurã in manu eorum,

eorum, qui pręerãt cemẽtarijs domus do
mini. Ecce laudata est regis religio, q cu-
ram gessit, vt bona illius veteris ecclesiæ
seruarẽtur sollicite, & expẽderẽtur reli-
giose. Scio q̃ durũ sit vobis hoc audire, cũ
tamen nihil refero, nisi verba scripturæ.
Dictũ enim vobis est superius, q̃ hæc ac-
cepistis oĩa ad vitæ subsidiũ, & ad sanctæ
militiæ stipẽdium, ad victũ habẽdum &
vestitũ: quibus duobus dicit apostolus se
esse cõtentum, & quicq̃d superest, in pios
vsus pauperũ & miserias egrotantiũ ex-
pẽdere debetis. Quod si nõ feceritis, mul
tum nostra interest de eisdem curã habe-
re: ne aĩas mortuorum, salutemq; viuorũ
defraudetis. Clericus. Rex iste Ioas bo
na sibi non tulit, sed in vsus ecclesisticos
expendit: vos autem hodie bona no stra
tollitis, quæ non in religiosos vsus, sed
in militares tumultus & bellicosas clas-
ses expenditis. Vnde exemplum (quod
induxistis) vestris operibus aduersatur,
& vestram violentiam solum colorat.
Miles. Semper in malum vestrum con
tra stimulum regum calcitratis. Est ne
hoc vobis molestum, quod de bonis ec-
clesiæ secum tollunt nepotuli vestri & cõ
sanguinei aliæque personæ interdum in-

honestę? Sed vobis sit omnino intollerabile & molestum, quod rex manifeste petit a vobis, & pro grauo accipit pro vestra salute & defensione ecclesiæ & bonorum vestrorũ. Clericus. Me miserum, pellemq; meam tollitis cum carnibus: & hoc appellatis salutẽ. Miles. Non perstrepite, sed patienter audite; considerate vicinos vestros suis egere & ad vestram respicere. Si deficeret regis potestas, qualis esset requies vestra? Nonne nobiles egeni & prodigi, si consumpsissent sua, conuerterẽtur ad vestra? Ergo regia manus, vester est murus, pax regis pax vestra, salus regis salus vestra. Qui si deest, aut forsan esset subiecta, vel peccatis vestris exigentibus a uobis discederet, & vicinis super bona vestra crassantibus nunc exigẽtibus, nunc minantibus, atq; vastantibus bona vestra, cogeremini omnibus seruire. Si videritis prorsus bona vestra perire, quãto velletis tũc redimere, quod manus regia rediret, sicut prius. Videtis ergo cum pauca regi traditis, quomodo salutem vestram redimit, quãdo omnia bona vestra deperdẽda saluat. Sed sicut vos semper fuistis beneficijs ingrati: sic estis nunc in vestris profectibus querulosi.

Quod

Quod si manus hostilis, rege cadente, regnũ inuaderet: nõne omnes prædis & rapinis interiretis, & ferocitatem barbaricam, quam vobis implacabilem sentiretis, relictis sedibus, territi & attoniti fugeretis, & totũ perderetis, q̃ modo super minimis doletis? Quod si reges & principes suis stipendijs suisq; periculis tenẽtur vos defendere, seq; morti pro vobis gratis exponere, & vos sub vmbra quiescere, cõmedere, ioculide bibere, super lectos ornatos quiescere, quiete dormire, & in stramẽtis mollibus lasciuire. Ergo & vos vere estis soli domini, reges vero & principes vestri serui, & illi pro vobis & res & personas offerũt morti. Si dat̃ personis ecclesiasticis requies, nõ est magnũ, si pro laicis seruent opes. Hoc dicitis esse durũ, sed non quiescitis, donec more solito conuicti fueritis, ac etiã cõfutati diuinis (quibus non potestis obuiare) scripturis. Nã Ioas rege superius dicto scribitur. 4. re. 12. & .2. Paralip. 24. Quãobrem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ cõsecrauerant Iosaphat & Aaron & Mosa pater eius rex Iuda, & quæ obtulerat ipse, & vniuersum argentum, quod inueniri potuit Thesauris templi domini & Pa-

latio regis, missitq; Azaeli regi Syriæ & recessit a Hierusalem. Ecce aperte patet, quod pro redemptiõe populi accepit ea, quæ consecrata erant in tẽplo: non tamen pepercit regis palatio, quãdo tulit ista de tẽplo. Eodem modo. 4. Re. 18. legitur sic de Ezechia rege sancto. In illo tẽpore cõfregit Ezechias Valuas templi dñi, & lãminas auri, quas ipse affixerat, & dedit regi assyriorũ. Quod si dicas, q; Ezechias egerit male. respõdeo, sicut dicit. 2. Paralip. 32. Ezechias nõ reprehẽditur in oĩb9 opib9 suis, pręterq; in legatione principũ Babylonis. Quis ergo dãnabit illũ, quẽ in oĩbus scriptura laudat? Si erratis, non intelligentes scripturas, quid ergo cõtra reges & prĩcipes cõtẽditis? Legitur Mat. 15. Non propter locum gentem, sed propter gentem locum dominus prælegit. Non est ergo percendum ecclesiæ materiali, vbi discrimẽ imminet populo Christifideli. Quod sanctus Ezechiel & Iosephus intellexit, & fideliter adimpleuit. Si enim bona vestra sint ecclesiæ, & populus in ecclesia est, quanto iustius substantia in ea (vbi salus populi pendet) expendenda est? Vnde dominus Mat. 12. Dico vobis, quod templo maior est hic. Neq;

dubium

dubium est, quin templi spirituale (quod est homo) dignius sit templo materiali & lapideo. Intelligat ergo rex pius & prudens in his verbis domini dei voluntatem: nec vlterius querat authoritatem. Nec est percedum materiali templo, nec his quæ dedicata sunt templo: vt salus reddatur & pax periclitanti populo Christiano. Nec est blandiendum ecclesiarum superfluitati, imo succurrendum tantæ gentis necessitati. Sed quia ex ea (quæ sibi licuit) iure diuino vult facere cum beneplacito vestro, non veremini exasperare regem in mansuetudine vobiscum agentem, & solida benevolentia vos regentem. Cauete verbis Salomonis: quia ira regis nuncius est mortis. Clericus. Si possunt reuocari, quæ semel Deo donata sunt: ergo irritari possunt omnia vota. Miles. Hoc non est, quæ Deo data sunt reuocare, sed illis vsibus (quibus fuerint data) applicare. Quæ enim sunt Deo data, ea ipsa sunt ipsis vsibus dedicata. Quid enim poterit sanctius esse, quã Christiani populi salus? Et quid preciosius domino, quã hostes, raptores, & interfectores arcere a populo Christiano? & quam pacem subiectis & fidelibus

emere? Cum ergo in his bona ecclesiæ ex
pendantur, veris vsibus (quibus fuerant
dedicata) reddantur. Clericus. Si ad scri
pturas sacras recurritis, quare libertates
nostras cōfringitis: quas libertates cōstat
nos ex ipsis traxisse scripturis? Dominus
enim interrogat Petrum, Matthæi. 17. Re
ges terræ, a quibus accipiunt tributum,
an a suis an ab alienis? At ille dixit. Ab a-
lienis. Dixit illi Iesus. Ergo liberi sunt
filij. Vt autem non scādalisemus eos, va-
de ad mare, & mitte hamum, & illum pi-
scem (qui primus ascendit) tolle: & aper-
to ore inuenies staterem, sume illum pro
me & te. Vides o Miles, q̄ clerici Christi
seruitio mancipati oīno sunt liberi. Mi-
les. Si Euāgeliū bene respicitur, a Chri
sto solo census siue dragma petebat, ideo
pro Christo dari videt ista respōsio. Ipse
eī est filius dei, filiꝰ regis magni. Et sicut
filius regis maior est præsidæ, sic filiꝰ dei
maior est, & maior erit Cæsare: & sic illa
responsio proprie videtur esse pro Chri-
sto. Attamen quia illi (qui principaliter
ministrant regi) nullatenus ad publica o-
nera sunt trahendi: cōcedimus, quod cle-
rici in suis personis proprijs sunt liberi:
sed non hi, qui in mala vita & cōuersatio-

ne laici, qui non ad honorem Dei, sed in fraudem domini sunt, sicut patet ad oculū non tonsurati, sed clerici Christum sequē tes, vt Petrus, & sacris altaribus mancipa ti cōcedimus in quantum plane de his, q̄ liberi sunt: non dico clare per Euangeliū: sed quia Euangelio & eorum officio vide batur consonum, indultum est eis hoc pri uilegium principū. Nam ab origine Ec clesiæ dixit Paulus ad Romanos. 12. Om nis anima potestatib⁹ sublimioribus sub dita sit. Et post: Non solum propter irā, sed propter conscientiam. Et post ibidē dicit: Reddite omnibus debita, cui tribu tum tributum, cui vectigal vectigal. Vi detis ergo, quod omnis anima erit subdi ta, & vectigalis, & tributaria. Sed, vt di xi, nunc estis in personis liberi, quia offi cio Christi mācipati, nunquid per hoc & eadem libertate gaudebunt et agri? Si e nim ecclesia emerit censualem agrū: nun quid cui soluēdus erat census, perdet est? Clericus. Non de censibus, sed de exa ctionibus sermo est. Miles. Sicut ego super certos agros habeo certum cēsum, sic imperator super orbem terrarum pro defentione reipublicæ (cum oportunum fuerit) pro arbitrio voluntatis potest le

uare

uare tributum. Clara enim ratione conce
ditur, vt respublica reipublicæ sumptib⁹
defendatur: & quæcũq; pars gaudeat ista
defensione: æquissimum est, vt cum alijs
ponat humerum sub põdere. Si ergo mi-
nus iuste possessiões subditæ sunt ad on⁹
publicum, quãtum ad annuũ censum, ad
quẽcunq; transeant, semper erunt sub o-
nere: hoc est, vbi necessitas fuerit reipu-
blicæ, sicut cum alijs indigent semper de
fensione. Quod si dicitis, quod cõtra hoc
præscripsistis longa vsi libertate: Respõ
demus vobis, q̃ quanto benignitate prin
cipũ fuerit libertas vestra longior: tanto
(vbi maior appareat necessitas) debet es-
se voluntas prõptior ad subueniend um.
Nã & irridet scriptura vestram præscri
ptionẽ, cũ a Salomone vsq; ad Ioas, & Ioas
vsq; ad Ezechielẽ non legitur esse factũ,
quod tamen Ezechiel perfecit. Nam &
multæ ciuitates priuilegijs & consuetu-
dine ab exactionibus liberæ & patienter
soluerunt & soluunt hodie: quod placuit
principi prodefensione regni, vel cõmu-
nitatis, vel personis. Et si Deus (vt dicit)
propter ingratitudinem reuocat pecca-
torum remissionem: videatis ne propter
vestram rebellionem nõ mereamini non
minus

minus, sed etiam plus oneratri, & tandem facultate simul & potestate denudari.
Clericus. Nunquid per reges tollendæ sunt gratiæ nobis per leges concessæ, & per beatorum patrum priuilegia sanctæ ecclesiæ cõcessæ? Miles. Fateor, & verum est amplissima vobis priuilegia per bonos põtifices esse indulta. Scire vero debetis, q̃ quicquid rectores reipublicæ faciunt, ad vtilitatẽ reipublicæ intendũt: ad eam habentes oculum inxta illam regulam: Cuncta disponunt, in tantum q̃ salutem reipublicę, saluti propriæ (quod est in principe glorioſissimum) anteponunt, exemplo Dauid. 2. Reg. Vnde cõstat & testimonio & recta ratione eos cõcedere: quatenus non posset in posterum reipublicæ derogare. Vnde plane colligitur in oĩbus priuilegĩjs hoc exceptũ, scilicet vt nisi priuilegium indultum videatur in posterum reipulicę nociturum, vel pro ardua necessitate, vel vtilitate reipublicæ manifesta mutandum. Igitur non est dubium, quin pro regni necessitatibus gratias vobis indultas legibusq̃ sanxitas possunt altissimi principes consultiori suspendere ratione, & secundũ exigẽtiam tẽporis (vt inuenimus) per Salomonem

monem ſapiẽtiſſimum in poena furti aliquid lege diuina mutauit. Clericus. Imperatores fanxerunt iſta, non reges. ideo per bonos imperatores o miles nunc erit legum gubernacula moderari. Miles. Hoc reſpõſum eſt blaſphemię. Et quoniã (vt videtur) aut originẽ ignoratis regni: aut (quod videturverius) illius altitudini inuidetis. Si Caroli magni regiſtrũ inſpiciatis, & hiſtorias probatiſſimas reuolueris: inuenietis, quod regnũ Frãciæ dignitiſſima cõditione imperij portio eſt, pari diuiſione ab eo diſcreta, & æquali dignitate & autoritate quingentis annis circiter inſignita. Quicquid ergo priuilegij & dignitatis retinet, ĩperij nomẽ ĩ parte vna, hoc regnũ Frãciæ in alia. Cũ enim fraterna diuiſione Francorũ regnum a reliqua parte diſceſſit imperij, quicquid in parte decedẽte & penitus ab imperio exeunte, imperiũ ipſum quõdam obtinuit, aut ibidem iura altitudinis, aut poteſtatis exercuit, hoc principi ſeu Francorũ regi in ea dẽ plenitudine ceſſit. Et ideo ſicut omnia (quæ infra terminos ĩperij ſunt) ſubiecta eſſe noſcũtur imperio: ſic quę infra terminos regni regno. Et ſicut iperator ſupra totũ imperiũ ſuũ habet leges condere, eis addere

addere aut demere: sic & rex Frãcie, aut oĩno leges imperatoris repellere, aut quã libet (si placuerit) permutare: aut illis ea to to regno suo prescriptis & abolitis nouas si placuerit promulgare. Alioquin si aliquid noui, vt sępe accidit visum fuerit statuẽdũ, si rex nõ posset hoc, q est summ? tunc nullus poterit: quia vltra eũ non est superior vllus. Et ideo domine clerice linguã vestrã coercete, & agnoscite regẽ legibus, cõsuetudinibus, & priuilegijs vestris, & libertatibus datis regia potestate prædisse, posse addere, posse minuere quę libet æquitate et ratione consultis, aut cũ suis proceribus sicut visum fuerit melius temperare: & ideo si aliquid pro salute regni tuẽda videritis istis tẽporibus immutari, acceptate, & patienter hoc ferte, Paulo apostolo hoc vos docẽte ad Romanos 13. Qui potestati resistit, domini voluntati resistit: ne qui cõtra stimulũ calcitrent, iniuste semel pũcti, iterũ se pungãt. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ad Hebræos in fine. Dauid adit sub Anathar principe sacerdotũ tempore necessitatis panes propositionis (qui solis sacerdotibus parati erant, & nullis alijs licebat comedere) eos comedit: & alijs dedit comedendos,

dendos, qui ſecum erant. Et [illegible] Sab
batum propter hominē, non [illegible] pro-
pter ſabbatum factum eſt. Ita [illegible] dominus
eſt filius hominis etiā ſabbati. Et Deut.
33. cap. In manu tua magnitudo & impe-
rium. Et ibidem. Et adorauerunt domi-
num Deum regem cœli. Ibidem. Et vn-
xerunt Salomonem filium Dauid: vn-
xerunt autem domino in principem. Se-
quitur & Sadoch in pontificem, vt. 2. Pa
ralip. 23. dicit. Nec quiſquam intret in do
mo domini, niſi ſacerdotes, & qui mini-
ſtrabant de leuitis tantum modo ingredi-
tur, qui ſanctificati ſunt: & totum reli-
quū vulgus cuſtodias domini obſeruet.
Leuitæ autem circundent regem haben-
tes cingula: & ſiquis alius ingreſſus fue-
rit templum domini, interficiatur: ſintq;
cum rege intrante & egrediēte. Vnxitq;
eum Ioiada pontifex ibi. Clericus. Ad
ueſperaſcit, diſcedamus, mane his omni-
bus reſponſum faciam. Vale.

FINIS.

Thomas Bertheletus regius
impreſſor excudebat.
Cum priuilegio.